Incipit ꝓlogus in apocalipſim

Iohannes apoſtolus et euangeliſta
a criſto electus atq; dilectus · in tanto
amore dilectionis ab eo habitus ē·
ut in cena ſupra pectus eius recumbe-
ret et ad crucem aſtanti ſoli matrem
propriam commendaſſet: ut quem
nubere volentem ad amplexum virgi
nitatis aſciuerat: ipſi ad cuſtodiendā
virginem tradidiſſet. Hic itaq; cum
propter verbum dei ⁊ teſtimonium ihe-
ſu criſti in pathmos inſulam ſortire-
tur exilium· illic ab eodē apocalipſis
pre oſtenſa deſcribit: ut ſicut in princi-
pio canonis id ē libri geneſeos incor-
ruptibile principiū pnotat: ita etiā in-
corruptibilis finis p virginē in apoca-
lipſi redderet dicentis. Ego ſū alpha
et o initiū et finis. Hic eſt iohannes· q̄
ſciens ſupueniſſe ſibi diem egreſſionis
de corpore conuocatis i epheſo diſcipu-
lis deſcendit inde foſſum ſepulture ſue
locum: orationeq; ꝯpleta reddidit ſpi-
ritū · tam a dolore mortis factꝰ extra-
neꝰ: q̄ a corruptione carnis noſcit ali-
enꝰ. Cuiꝰ tamē ſcripture diſpoſitō vel
libri ordinatō ideo a nobis p ſingula
nō exponit: ut neſcientibz inquirendi deſide-
rium collocetur: ⁊ querētibus laboris
fructus · et deo magiſterij doctrina ſer-
uetur. Explicit ꝓlogus. Incipit liber a
pocalipſis bti iohis apli. capm̄ primū.

Apocalipſis iheſu cri-
ſti quā dedit illi deꝰ
palam facere ſeruis
ſuis que oportet fie-
ri cito: et ſignifica-
uit mittēs per āgelū
ſuū ſeruo ſuo iohanni q̄ teſtimoniū per-
hibuit verbo dei: ⁊ teſtimoniū iheſu cri-
ſti quecūq; vidit. Beatꝰ qui legit ⁊ qui
audit verba ꝓphetie huius: et ſeruat ea
que in ea ſcripta ſunt. Tempus enim
prope eſt. Iohannes ſeptē eccleſijs que
ſunt in aſya. Gratia vobis ⁊ pax ab
eo qui eſt ⁊ qui erat ⁊ qui venturus ē:
et a ſeptem ſpiritibus q̄ in ꝯſpectu thro-
ni eius ſunt: ⁊ a iheſu criſto q̄ eſt teſtis
fidelis pmogenitus mortuorū et prin-
ceps regū terre: qui dilexit nos et lauit
nos a peccatis nrīs in ſanguine ſuo ⁊
fecit nos regnū ⁊ ſacerdotes deo ⁊ pri
ſuo: ipi gl'a et imperium in ſecula ſecu-
lorū amen. Ecce venit cū nubibus: et
videbit eū omnis oculus: ⁊ qui eū pu-
pugerunt. Et tūc plāgent ſe ſup eum
omnes tribus terre. etiā amē. Ego ſum
alpha ⁊ o. principiū et finis: dicit do-
minus deus qui ē ⁊ qui erat · ⁊ q̄ ventu-
rus eſt omnipotens. Ego iohannes fra-
ter veſter ⁊ particeps i tribulatione ⁊ re-
gno et patientia in criſto iheſu: fui i in-
ſula q̄ appellatur pathmos propt ver-
bum dei ⁊ teſtimoniū iheſu. Fui in ſpi-
ritu in dominica die: ⁊ audiui poſt me
vocem magnam tanq̄ tube dicentis.
Quod vides ſcribe in libro: ⁊ mitte ſe-
ptem eccleſijs · epheſo et ſmirne ⁊ perga-
mo ⁊ thiatire ⁊ ſardis ⁊ philadelphie
et laodicie. Et ꝯuerſus ſum: ut viderem
vocem q̄ loquebat mecū. Et cōuerſus
vidi ſeptem candelabra aurea: ⁊ i me-
dio ſeptem cādelabroꝝ aureoꝝ ſimilē
filio hominis veſtitū podere: ⁊ pcinctū
ad mamillas zona aurea. Caput
aūt eius et capilli erāt candidi tanq̄
lana alba: ⁊ tanq̄ nix. Et oculi eius
tanq̄ flamma ignis: ⁊ pedes eiꝰ ſimi-
les auricalco ſicut i camino ardenti
Et vox illius tanq̄ vox aquaꝝ mul-
tarum: ⁊ habebat i dextera ſua ſtellas
ſeptem. Et de ore eiꝰ gladius vtraq;
parte acutꝰ exibat: ⁊ facies eiꝰ ſicut ſol
lucet in virtute ſua. Et cū vidiſſem eū: